Oratio ad Sigismundum Cesarem Augustum acta ab illustri Leonello de Montua

Cum tui celeberrimi nominis splendor
atque gloria serenissime Cesar hanc quidem
tantum Ytaliam ut et totius terrarum orbis
reliquam impleat. sicut probus ingeniisque
studiis. tuam humanissimam faciem verumque regiam
dignitati et maiestati contemplandam sepenumero
cupiverim. quis te videre coram sapientia dignitate.
amplitudine non ardeat quo nullum fereque
ampliorem humane gentes habeant. Immortales
autem summo regi creatori gratias agimus
qui tam prestantem devoto atque honestissimo
accommodaverit aures. Erit quod tota mente
diu petivimus. liberalitate tua facile consecuti
sumus te scilicet hanc in aulam illustris genitoris
mei peregrinam. denique moramque in ea
trahere nunc dedignatus es. quem totius
terrarum orbis pro immensa tue celsitudinis
estimatus vere capere potest. Tu enim pariter
tue altitudine. prudentia. equitate.
mansuetudine. non solum apud omnes.
sed etiam fama super ethera cognitus
et celebratus es. Illud equidem huic
civitati michi illustrisque genitori meo
pergratissimum et esse et forte etiam te
non est invictissime cesar. cum quisque humilis
domus toto honore atque honestata sit.
et prestatis huiusmodi natorum natusque. et etiam
qui mansit ad illud spectaculo de virtute habitus sit.